



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**


**VD18 90118510**

§. 1. Henricus VIII. Angliæ Rex sextis nuptiis desponsatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

immor-  
itaque  
ob tam  
perpe-  
et enim  
rem ta-  
is plu-  
est con-  
uescere  
rte su-  
is vin-  
nominis  
vestra  
hære-  
esafida-  
re, sed  
volui-  
um, ut  
us no-  
vitatem  
dore il-  
quidem  
a



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER CXXI.



PAULUS III, ROM. PONT.  
CAROLUS V. IMP. OCC.

§. I.

*Henricus VIII. Angliæ Rex sextis  
nuptiis desponsatus.*

Sæc. XVI.  
A.C. 1543.

Postquam Henricus VIII. Angliæ Rex  
illam quoque, quæ ex ejus uxori-  
bus ultima fuerat, mortis supplicio  
affecerat, ac sesqui annum viduus per-  
manerat, sexta jam vice matrimonium  
ini-

*Sander. l. I.  
p. 202.  
Burnet. l. 3.  
p. 447.*

**Sæcul. XVI** inire statuit, ac præ ceteris Catharinam  
**A.C. 1543** Parram relictam Baronis Nevili Latimeri conjugem selegit. Erat illa foemina ingenii acie ac morum comitate percelebris, sed ad Lutheri sectam multum propensa, pro more illius ævi, ubi quilibet in Anglia pro arbitrio suo religionem seligere jamjam incœperat. Ceterum Catharina, cum foemina esset humilis, sapiens, solersque, facile Henrici votis plene satisfacere potuisset, si in eo non nisi Regem ac Maritum habuisset: ast brevi Henrici tanquam supremi Ecclesiæ capitis indignationem incurrebat, cum juxta hanc prærogativam integre, ut existimabat Rex, ejus opinionibus, prætensisque juribus suffragata non esset.

## §. II.

*Quidam Protestantes Regis jussu Vindesorii ad rogam damnati.*

*Burnet. l. c.  
P. 447.*

**C**um Catharina esset ejusmodi Principi connubio juncta, qui pro summo imperio non nisi ea, quæ ipsemet fide divina credebatur, a cunctis pariter eadem fide teneri voluit, hinc caute admodum cum Rege versari cogebatur, unde sub primis matrimonii sui auspiciis nequidem apud Maritum suum deprecari audebat pro vita trium Protestantium, qui adversus Missæ Sacrificium declamasse, ac quosdam Calvinii libros divulgasse ac-

cu-